

## Freising

### FREI 1 (1, 717)

[1184 frühestens November – 1212 Dezember 8]

*Bischof Otto [II.] von Freising kauft ein beneficium mit einem jährlichen Ertrag von 16 Mark ohne Abgaben in der villa Mitterdorf bei Katsch um 80 Mark zurück.*

*Hss.: Notiz Anfang 13. Jh. in München, BayHStA, Hochstift Freising Archiv 3, fol. 122r (rechte Spalte) (B).*

*Abb.: [http://daten.digitale-sammlungen.de/bsb00003039/image\\_255](http://daten.digitale-sammlungen.de/bsb00003039/image_255) (= B).*

*Edd.: Meichelbeck, Historia Frisingensis I/2 (1729), S. 573 Nr. 1372 (aus B). — Zahn, CD Austr.-Fris. I (FRA 2/31, 1870), S. 124–126 Nr. 126 (aus B), zu ca. 1215. — Zahn, StUB I (1875), S. 706 Nr. 717 (aus B), zu ca. 1190.*

*Die vorliegende Notiz findet sich unter den Nachträgen (fol. 121v–122) zur von Conradus Sacrista im Jahr 1187 verfassten Handschrift. Wie Wild, Conradus Sacrista (BABKG 45, 2000), S. 27–29, ausführt, erfolgten diese Nachträge im Zeitraum „nach Juni 1208“ und „vor 1212“, da zwar „der erst nach dem Tod Philipps von Schwaben 1208 allgemein anerkannt[e]“ Kaiser Otto IV. verzeichnet ist, jedoch nicht mehr der am 9. Dezember „1212 zum König gewählte Friedrich II.“, „auf dessen Seite“ sich Bischof Otto II. „sofort geschlagen“ hatte und den man „bei der traditionellen Stauferfreundlichkeit Freising[s] [...] auf keinen Fall ausgelassen [hätte]“. Zu diesen und den weiteren, bei Wild nicht näher behandelten Nachträgen siehe auch <https://www.bayerische-landesbibliothek-online.de/conradussacrista.html>.*

*Der terminus ante quem kann sich nur nach der Entstehungszeit der Nachträge zum Traditionskodex richten, terminus post quem ist der Amtsantritt Bischof Ottos II., der im November oder Dezember 1184 gewählt und am 1. Jänner 1185 in sein Bistum eingeführt wurde (siehe Heim, Otto von Berg [2001], S. 189).*

*Ediert nach B.*

Non latere volumus, quod dominus Otto Frising(ensis) episcopus redemit quoddam beneficium in villa que dicitur Mittrndorf apud Chaths situm pro LXXX<sup>a</sup> marcis, et annuatim persolvit XVI marcas absque steura.

### FREI 2

(1231) November 26, Rieti

*Papst Gregor [IX.] befiehlt dem Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg und den Äbten [Konrad] von Admont und [Walter] von Melk aufgrund der Klage des Elekten [Konrad I.], des Dekans und des Domkapitels von Freising, Herzog [Otto II.] von Bayern zu veranlassen, Bischof und Kapitel von Freising nicht länger zu bedrängen, indem er bischöfliche Burgen,*

*Dörfer und Besitzungen widerrechtlich innehat, diese zu jährlichen Abgaben zwingt und sich Rechte auf die bischöfliche Stadt München anmaßt, und Schadenersatz zu leisten.*

*Hss.: Original in München, BayHStA, Hochstift Freising Urkunden 47 (A).*

*Edd.: Meichelbeck, Historia Frisingensis II/1 (1729), S. 11 (aus A). — Wittmann, Monumenta I (1857), S. 52–54 Nr. 21 (aus A). — Dirr, Denkmäler I (1934), S. 8–9 Nr. 3 (aus A).*

*Reg.: Lang, Regesta II (1823), S. 200. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 570 Nr. 16. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 758 Nr. 8834. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1199 Nr. 6880. — Koch/Wille, Regesten I (1894), S. 19 Nr. 352. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 656 C Nr. 47.*

*Bulle. (Ohne Abbildung verzeichnet auf*

[https://www.gda.bayern.de/findmitteldb/Archivalie/6039667/.](https://www.gda.bayern.de/findmitteldb/Archivalie/6039667/))

*Ediert nach A.*

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo Salzeburgensi et dilectis filiis . . de Agemunde et . . de Medelich abbatibus Salzeburgensis et Patauiensis diocesium salutem et apostolicam benedictionem. Sincera devotio, quam ad deum et ecclesiam suam nobilem virum . . ducem Bawarie decet habere, tribuere sibi debet affectum, ut desistat a molestia ecclesie Frisingensis et de gravamine, si quod ei forsitan intulit, satisfactionem studeat exhibere. Sane dilecti filii . . electus, . . decanus et capitulum Frisingensis suam ad nos querimoniam destinarunt, quod ipse quibusdam castris, villis, possessionibus ac bonis aliis Frisingensis episcopatus indebite occupatis ea contra iustitiam detinet et restituere contradicit et subvertens, quam tueri deberet ecclesiasticam libertatem, clericos civitatis et diocesis Frisingensis solvere sibi annis singulis certa tributa compellit, eos nichilominus aliis exactionibus multipliciter opprimendo. Ius quoque, quod in civitate Monacensi habet Frisingensis ecclesia, pro sue arbitrio voluntatis usurpat possessionibus, terris, redditibus et rebus aliis ad communes ipsorum prebendas spectantibus adeo devastatis, quod ipsi fere non habent, unde valeant sustentari. Cum igitur nos non deceat tantum ipsorum pati gravamen, qui ex officio nostro tenemur ecclesiarum dispendiis obviare, eidem duci nostris damus litteris in mandatis, ut ab eorum molestiis super predictis et a premissis clericorum oppressionibus penitus conquiescens de dampnis irrogatis eis satisfaciat competenter. Alioquin, cum non sit deferendum homini contra deum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus dux mandatum nostrum neglexerit adimplere, vos eum ad id non obstante aliqua indulgentia sibi ab apostolica sede concessa, monitione premissa per censuram ecclesiasticam cognita veritate appellatione remota cogatis, proviso, ne in terram dicti nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater archiepiscopo cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat.<sup>a)</sup> Reate, VI kal. decemb., pontificatus nostri anno quinto.

<sup>a)</sup> Ab hier zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortabstände A.

### FREI 3

(1245) August 4, Lyon

*Papst Innozenz [IV.] befiehlt dem Elekten [Ulrich I.] von Seckau und den Pröpsten von Friesach und von S. Virgil, den Grafen [Albert III.] von Tirol und die Brüder Heinrich und Ot(to) von Wolfsberg zur Herausgabe jener Einkünfte zu ermahnen, die sie dem Bischof [Konrad I.] von Freising schon seit sieben Jahren entzogen haben.*

*Hss.: Abschrift 14. Jh. in München, BayHStA, Hochstift Freising, Archiv 8, fol. 81r (B).*

*Edd.: Meichelbeck, Historia Frisingensis II/1 (1729), S. 26–27 (aus B). — Zahn, CD Austr.-Fris. I (FRA 2/31, 1870), S. 139–140 Nr. 144 (aus B).*

*Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. II (1875), S. 1001 Nr. 11780. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1282 Nr. 7562. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 327 Nr. 2313.*

*Lit.: Posch, Ulrich I. (1969), S. 35.*

*Ediert nach B.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . electo Secovensi, de<sup>a)</sup> Frisiaco et de<sup>a)</sup> sancto Virgilio ecclesiarum prepositis Salzburgensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri episcopi Frisingensis recepimus continentem, quod nobiles viri . . . comes de Tyrol, Hainr(icus) et Ot(to) de Welfsperch fratres Curiensis et Brixinensis dyocesis ipsum quibusdam rebus et aliis ad eum de iure spectantibus contra iusticiam spoliantes, redditus ipsos per septennium pro sue voluntatis libito perceperunt in ipsius preiudicium non modicum et gravamen. Unde dictos nobiles rogandos duximus attentius et monendos nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut eidem episcopo redditus ipsos et alia sine qualibet difficultate restituere et de perceptis satisfactionem congruam ut tenentur, exhibere procurant. Quocirca discretioni vestre<sup>b)</sup> per apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti nobiles mandatum nostrum neglexerint adimplere, nos eos ad id monicione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis, constitutione de duabus<sup>c)</sup> dietis in concilio generali edita non obstante. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lugduni, II. non. aug., pontificatus nostri anno tercio.

<sup>a)</sup> Die vor de zu erwartenden Reverenzpunkte fehlen B. — <sup>b)</sup> tue statt vestre B. — <sup>c)</sup> Folgt Salz durchgestrichen B.

### FREI 4 (2, 465)

[um 1245]

*Graf Hermann [II.] von Ortenburg, Gebhard von Tölz (Oberbayern) und Heinrich von Vagen vermitteln als von beiden Parteien beauftragte Schiedsrichter einen Vergleich zwischen Bischof K(onrad) [I.] von Freising und dessen Amtmann von St. Peter (am Kammersberg), Heinrich, einerseits und Wulfing von Stubenberg andererseits in nicht näher genannten Angelegenheiten.*

*Hss.: Original in München, BayHStA, Domkapitel Freising Urkunden 17 (A). — Abschrift 19. Jh. in Graz, StLA, AUR-604b (aus A) (B).*

*Abb.: <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067540> (= B).*

*Edd.: Zahn, CD Austr.-Fris. I (FRA 2/31, 1870), S. 142–143 Nr. 147 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 577–578 Nr. 465 (aus A).*

*Lit.: Krones, Verfassung (1897), S. 132. — Loserth, Genealogische Studien (1905), S. 68. — Dopsch, Landherren (1968), S. 187. — Andritsch, Judenburg (ZHVSt 65, 1974), S. 12.*

*Zahns zeitlicher Ansatz zu um 1245 wird hier beibehalten, da zwei der Beteiligten um diese Zeit auch anderweitig in Freisinger Angelegenheiten belegt sind: Gebhard von Tölz am 29. Dezember 1240 (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 213 Nr. 369), am 10. März 1243 (Edd. ebd., S. 263–264 Nr. 415) und am 7. November 1242 (Edd. ebd., S. 254–255 Nr. 407), im letzten Fall gemeinsam mit Heinrich von Vagen. Die weiteren genannten Personen sprechen nicht gegen diese Einordnung: Bischof Konrad I. von Freising amtierte 1230–1258, siehe Heim, Konrad von Tölz-Hohenburg (2001), S. 190. Graf Hermann II. von Ortenburg ist im Jahr 1256 gestorben, siehe Jaksch, MDC IV/2 (1906), Stammtafel VI a. Wulfing von Stubenberg, Sohn des 1230 verstorbenen gleichnamigen Kreuzfahrers, verheiratet mit Gräfin Elisabeth von Ortenburg, ist laut Loserth, Stubenberg (1911), Stammtafel, „bis 1280“ belegt und „tritt [...] zuerst [in den Vierzigerjahren] selbstständig auf“, ebd. S. 26 (vgl. Zahn, StUB II, S. 465 Nr. 355, S. 493–494 Nr. 481 [recte 381]; Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 202–203 Nr. 359).*

*Bereits bei der Abschrift im 19. Jahrhundert (StLA, AUR-604b) war nur noch ein Fragment des Siegels erhalten. Vgl. auch <http://monasterium.net/mom/FreisBm/1245.1/charter> ohne Foto, mit der Angabe: anhängendes Siegelbruchstück. Ebenfalls ohne Abbildung verzeichnet auf <https://www.gda.bayern.de/findmitteldb/Archivalie/6034124/>.*

*Ediert nach A, mit B (nur zu den in A unkenntlichen Stellen).*

Ego Hermannus comes de Ortenburch, Gebhardus de Tolnz, Heinricus de Vagen<sup>a)</sup> universis presens scriptum intuentibus et auditoris cupimus fieri manifestum, videlicet quod C(onradus) venerabilis Frisingensis episcopus et dominus Wlfingus de Stubenberch communi accedente voluntate super controversiis que inter ipsos vertuntur de gravaminibus, dampnis et iniuriis que idem Wlfingus dicto venerabili Frisingensi episcopo et Hainrico officiali<sup>b)</sup> suo de sancto Petro intulit et irrogavit, in nos tanquam in arbitros compromiserunt in hunc modum, videlicet quod haberemus auctoritatem liberam decidendi controversiam que vertitur inter eos, hac tamen adiecta pena quod siquis illorum in nos compromittencium nostro stare vel parere arbitrio recusaret, quod quidam qui tunc in compromisso expresse nominati fuerant et qui adhuc nominabuntur dum necesse fuerit, per obstagium, hoc est per alicuius civitatis vel alterius loci introitum tanto tempore artarentur, donec ad illorum exitum nostrum observantis arbitrium consensus accederet et voluntas. Cum igitur per modum supra tactum h[abeam]us<sup>c)</sup> inter memoratos arbitrandi liberam facultatem, tenor et series arbitrii nostri sit talis: Arbitramur igitur quod dominus Wlf[ingus de]<sup>c)</sup> Stubenberch ante omnia relaxet Heinrico officiali de sancto Petro XXX<sup>ta</sup> marcas argenti, pro quibus persolvendis idem H(einricus) eidem W(lfingo) [dedit]<sup>c)</sup> fideiussoriam cautionem, et quod idem W(lfingus) obligatos sibi per

hunc modum fid[eiussores . . . . .]<sup>d)</sup> arceat et compellat, quod pro eisdem XXX<sup>ta</sup> marcis argenti memoratum H(einricum) officialem de cetero non impetant<sup>e)</sup> nec infesta[nt. Arbi tra]mur<sup>c)</sup> etiam quod supradictus W(lfingus) prefato H(einrico) pro recompensatione suorum gravaminum et dampnorum conferat redditus V marcarum Frisacensis monete situs infra Chêz et Iudenburch omni<sup>f)</sup> iure feudali absolute et libere sibi et suis heredibus possidendos, pro offensis autem et gravaminibus abolendis in quantum hac in parte venerabilem Frisingensem episcopum respitiunt, indutias impetravimus usque ad festum proximum beati Iohannis Baptiste tali adiecta conditione, ut idem W(lfingus) medio tempore laboret modis omnibus apud sepe memoratum episcopum pro compositione amicabili et pro sue gratie plenitudine obtinenda. Verum si forte idem W(lfingus) hac in parte inventus fuerit negligens et remissus, tunc illi quorum supra reticentur nomina sint ad penam subeundam quam supra expressimus, donec ad voluntatem observantis nostrum arbitrium obligati.

<sup>a)</sup> Danach Spatium von ca. 25 Buchstaben A. – <sup>b)</sup> o verbessert aus h A. – <sup>c)</sup> Schrift abgerieben A; ergänzt aus B. –

<sup>d)</sup> Schrift in Länge von ca. 15 Buchstaben abgerieben A; soweit vorhanden ergänzt aus B. – <sup>e)</sup> A; impetunt B. – <sup>f)</sup> A; cum statt omni B.